

II*i*
1402

GEORG I HENRICI GOETZI, L

Superint. Lubecensis,

De

BALNEIS ANIMARUM,

Vulgò

Seelen = Bådern /

Ecloga Anti - Pontifícia,

Quam

COLLOQUIUM ORDINARIUM

Ad D. XXV. Novembr. A. MDCCVII.

SUBITURI

Propugnabunt,

JOHANNES PETRUS]

&

BERNHARDUS HENRICUS]

Lubecenses.

LUBECÆ, Typis Viduæ B. Schmalhertzii,





PRÆFAMEN.

Balnea animarum, quæ Dogmatum Papalium Conditores nefario satis ausu exstruxerunt, Ecloga hac Theologica examinaturi, haud immerito quidem Observationes, tum *JCtorum* (1), tum *Medicorum*, (2) tum *Philologorum*, (3) quas de Balneis adornare solent, intactas prorsus relinquimus, ab instituto utpote nostro vel maximè alienas; Pietatem tamen Veterum, qui *Concilio Laodiceno*, Sec. IV. convocato, interfuerunt, minime laude sua defraudandam esse arbitramur, qua viris & fœminis promiscuum Lavacrorum usum graviter interdixerunt. Expresserunt autem illam *Canone XXX.* hunc in modum fluente: ὅτι σὸν ιεραποτὸς οὐ κληρικὸς οὐ δικτυάς εἰν βαλνεῖω μετὰ γυναιῶν απόλλεθε, μηδέ πάντα χριστιανὸν οὐ λατεῖον. In quem eruditum calamum strinxit *Wolfgangus Gundlingius*, Ecclesiastes Noribergensis, varia ex Antiquitate Ecclesiastica suggerens.

(1) De Balneis ac Balnearioribus, Von den Badestuben und Badern/ secundum Leges & Inscriptura Romanorum ac usum hodiernum, Tractationem Academicam A. 1703. instituit Fridericus Gottlieb Struvius, F. U. D. celeberrimi JCTi, G. A. Struvii, Filius, cuius summa legi potest in Nov. Liter. Germ. T. II. p. 150. (2) Conferri hic enim meretur L. Jo. Christiani Frommanni, in Gymnasio Coburg. Phys. Prof. Publ. Exercitatio de Balneis, in primis Sudatorio, in praedicto Gymnasio A. 1659, ventilata, Philologicis juxta ac Medicis abundans Observationibus. De Balneis autem Metallicis Artificio parando peculiarem Librum paravit Franciscus Frizimelica, Patricius Patavinus, Medicinae in Lyceo patris quandoam Professor, quem è Bibliotheca Job. Rhodii primum Patavii prodire possit Sebastianus Elpidius, A. 1659. Jo. Pompilio Scoto, Medico Patavino & Professori in Lyceo inscriptum, ac postea Norimberga 1679, recusum in Germania vidimus. (3) Spectant hinc ea, quæ Guili, du Choul de Balneis, & Anspiquis Exercitationibus Gracorum & Romanorum, est commentatus, Amstel. 1686, idiomate Latino expressa, coll. Jo. Bapt. Casalii Tract. de Balneis Veterum in Jac. Gravii Thes. Antiquit. Grac. T. IX. p. 673. sqq. Quibus addi poscant, quæ G. Fabricius in Roma Cap. XIX p. 202. sqq. Basilei, 1587, annotavit.

rens. Sed nec magnum illum Theologum, Johannem, silentio prætermittere decet, quippe qui cum Cerintho communi balneo uti detrectavit, veritus, ne balneum rueret, quod impius homo ingressus fuisset, quamvis tamen hoc adfirmare nolimus, post Johannis egressum ipsum Cerinthum collapsæ domus ruina statim fuisse oppressum atq; extinctum; Primitivæ siquidem Ecclesiæ Scriptores nullam prorsus hujus rei faciunt mentionem, notante inexhaustæ eruditiois Theologo, D. Thoma Itigio, in *Dissertatione de Heresiarchis*, p. 58. Ad ipsum itaq; Argumentum nostrum, quod modo indicavimus, accessum nunc faciemus, ea allaturi in medium, quæ ipsi inservire poterunt accommodatissimè. Ut verò eo melius ac distinctius illud expedire queamus, Observationes nostras certis *Thefibus* includere decrevimus, certa spē freti, fore, ut his ipsis nobis juxta atque Lecturis benè consulamus, ac erroneas Pontificiorum sententias eo facilitiore negotio destruamus. Faxit modo Deus, qui veritatis oppressæ Auctor est ac Vindex, ut omnia prosperè procedant!

THÈSIS PRIMA.

Balnea Animarum Papismus edificavit.

Eusebius.

S. I.

Per Papismum Religionem, seu Doctrinam Papæ, in Papatum regnantem, intelligimus, rectè insimul afferentes, eum Balnea Animarum excogitasse. Dum enim is Purgatorium admittit, atque Synodus Tridentina Episcopis præcipit, ut sanam de Purgatorio doctrinam à sanctis Patribus, & sacris Conciliis tradicam, à Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & ubique prædicari diligenter studeant, prout verba Decreti *Seff. IX.* sonant, neque ab illis quoque Balneis, quippe quæ multum faciunt ad corroborandum Purgatorium, & stabiliendam Missam, abhorrente solet.

S. 2. Hac in re, ut quilibet animadvertisit, Ecclesiam Lutero-Evangelicam sibi non habet consentientem. Hæc enim rectè docet, Purgatorium Pontificium non esse in Scripturis Canonicis fundatum, potius ex fragmentis & superstitionibus Ethnicorum in Ecclesiam Dei inventum, ex Apocryphis & rejectis scriptis adstructum, ex ritibus satisfactionum veteris Ecclesiæ

A 2

male

malè intellectis assertum, ex precibus pro defunctis accensum, atq;
ex apparitionibus & visionibus spectrorum & animarum consutum,
quapropter illud quoque repugnare Christi Merito & Honori, Arti-
culum Justificationis nostræ planè evertere, Doctrinam de Oblatione
& collatione gratiæ divinæ per Verbum & Sacra menta aperte con-
vellere, Sacro-Sanctæ Cœnæ abusum invehere, variasque parere su-
perstitiones, ceu fusè accuratèque monstravit B. D. Henr. Höppfnerus
in *Dissert. Theol. VI.* quæ agit de *Purgatorio* p. 171, sqq. Hinc incognita ipsi
quoque sunt *Animarum Balnea*. Vocatur quidem *Ecclesia*, in qvâ Ver-
bum DEi auditur, aurei oris Doctori, Jo. Chrysostomo, apud Jo. Casp.
Svicerum in *Thes. Eccles. T. I.* p. 681. Βαλανεῖον πνευματικὸν balnum spiri-
tuale, calore Spiritus omnem maculam adherentem expurgans, verum hæc
appellatio nihil admittit erroneum, atque à nobis haud difficulter
quoque adprobatur. Sed dum *Animarum Balnea in Purgatorium irruunt*,
ut Lutherus in *Articul. Smalcald. Part. II. Art. II.* p. 307. loquitur, nobis,
ut ingenuè fateamur, ea placere nequeunt. Et quamvis nostra ætate,
à quibusdam, in *Lutheranorum Ecclesia viventibus*, Nova apparen-
tur *Purgatoria*, eos tamen à verâ Ecclesiâ secessum facere, atque in
Fanaticorum castra transire, intrepidè affirmamus. Examinavit eo-
rum sententias, nervos totius Christianismi incidentes, luculenta
Dissertatione, Venerabilis Lipsiensium Præsul, D. Thomas Itigius, in *Acad.*
Lips. A. 1703, proposita, de *Novis Fanaticorum quorundam nostræ etatis Purga-*
toriis, collatis *Animadversionibus*, quibus M. Egidius Zinck, in *Scripto Ger-*
manico, cui titulus: *Die Traum-Theologia des neuen Sehers/ Jos*
hann Georg Rosenbachs/ Sporer-Gesellen/ placita Rosenbachiana ex-
cepit, p. 168, sqq.

THESIS SECUNDA.

Quid vero per ea intelligatur, dextre est explicandum.

Ex Jeros.

S. I. *M*onendum ergo est, ea loca primò vocari *Balnea animarum*,
quæ in ipso *Purgatorio extant*, in quibus animæ defunctorum
à peccatis purgantur. Commodè satis hic referri possunt ea, quæ
L. *Balbasar Balduinus*, tunc temporis Ecclesiarum Chemnicensium
Antistes supremus, in *Dissertatione Synodali*, quam A. 1638. de *Carcere Pa-*
pista-

pistarum subterraneo conscripsit, ex variorum scriptis congeslit, Theoremate IV. Th. i. & 6. ita scribens: *Datur non tantum purgatorius ignis, verum etiam purgatorium BALNEUM.* Gregor. Libr. 4. Dial. cap. 40. & 55. de anima Paschasi: *Locus Purgatorius est duplex: Unus ordinarius, qui inferno proximus: Alter extraordinarius, qui varius, in igne, in aere, in aqua, in terra, in BALNEIS, in glacie, in umbris arborum, prout supremo Iudici DEO placet.* Fevardentius l. II. Theomach. Calv. cap. 9. c. 17. Viguerius in Institut. Theol. c. 16. §. 4. vers. 32. Vischerus l. 7. System. Theol. c. 3. f. 417. Illustrari ea possunt Iepida illa fabella, quam ex modo adducto Gregorio de Balneatore quodam recitat D. Martinus Chemnitius in Exam. Concilii Tridentini P. III. p. 548. b. hisce usus verbis: *Narrat (ea scilicet, quæ ex spectris hauserat) Presbyterum quendam, in loco ubi aqua calidae vaporess nimios faciunt, solitum lavare, atque ibi invenisse virum quendam incognitum, ad suum obsequium preparatum, calcimenta abstrabendo, vestimenta suscipiendo, &c. Cumque hoc sepius faceret, Presbyterum illum cogitasse, se velle ipsi aliquid pro munere afferre, atque duas coronas oblationum, hoc est, rotundas placetas, quales in oblationibus solebant usurpare, secum derulisse, quas cum famulo isti pro munere offerret ipsum respondisse: Hic panis sanctus est, quem ego manducare non possum. Ego enim hujus loci Dominus aliquando fui, sed pro culpis meis hic post mortem deputatus sum. Si autem mihi aliquid praestare vis, omnipotenti Deo per me offer bunc panem, ut pro peccatis meis intervenias.* Eadem repetit D. Jac. Heilrunnerus in uncatholischen Pabstithumb/ p. 122. Quamvis autem Gregorii Dialogi sublestæ admodum sint fidei, ut inferius dicetur, proditi tamen Monachii A. 1625. Libellus Germanicus, ex Gregorii Dialogis, aliorumque, Purgatorii cruciatus delineantium, scriptis, compilatus, in quo p. 19. Balneum depictum exhibit, in quo nonnulli, humanam speciem præse ferentes, Diabolo, forma horrenda assidente, & inspectante, abluntur, cum præfixa Leonis Inscriptione: *Erfühle die so in der heissen Badstuben sind.* Oratio vero, quæ ad Christum, in Oliveto agonizantem, & cuius imago in adversa facie expressa conspicitur, dirigi solet, hunc in modum est concepta: *O allerbarmherzigster Jesu/ gedenke/ und biss ermahnet deiner grossen Angst am Oelberge/ und erbarme dich der Seelen in diesem jämmerlichen Bade.* *O Herr/ schenke ihnen zu einem Bad-* Geld deinen blutigen Schweiß/ deine heisse Zahre/ dein zitterndes/ erbientes/ angsthafftiges Herz/ dein inbrünstiges Gebet/ darinnen du doch nicht woltest er-

hören werden. Labe und erquicke sie daß sie bald erlediget werden und dich ewiglich loben Almen. Vid. D. Job. Bened. Carpzovius in Indice Iagog, in LL. Symbolicos annexo. Eò forsitan respexit Autor Alvearii Romani, varios modos, quibus animæ in Purgatorio degentes liberari possint, enumeraens, ac p. 122. b. ita scribens: Wenn man ihre verlassene Schulden nachzahlet so kommen sie desto eher vom Schröppf-Banck.

§. 2. Secundò verò per ea intellecta volumus ejusmodi Balnea, quæ à vivis eum in finem instituta fuere, ut suffragia essent, quibus animæ eo facilius è purgatoriis Balneis dimitterentur. Ex illis illusorii thermarum spectris BALNEA ANIMARUM postea instituta sunt, bene in rem nostram commentatur modò adductus Chemnitus in Exam. Concil. Trident. P. III. p. 540. a. Hinc Idiomate Germanico vocantur Seelen-Bäder/ eo quod illis ipsis animas juvari posse existimaverint, quemadmodum Indices Animarum, vulgo Seelen-Register/ nomen suum acceperunt ab animabus, quas illi complectuntur enumerantque, notante D. Ahafu. Fritschio in Thesauri Besoldiani Continuatione p. 820. ita eadem ratione Balnea animarum ab animab⁹ denominatio est impertita.

THEISIS TERTIA.

Diversis verò in locis Balnea animarum à vivis fuerunt exstructa.

Ende.

§. 1. Superstitione in Papatu indies indiesque crescente, animarum quoque Balnea sensim pedetentimque fuerunt introducta. Quamvis enim tempus illud nobis non adeò exploratum sit, quo halce ineptias amare occuperint homines, subitò tamen istis mundum fuisse repletum, atque variis in locis Balnea fuisse exædificata, per est compertum, memoriæq; proditum legimus. Præcipue tamen ad Sec. XIV. & XV. (quo Concilium Florentinum habitum fuit, atque ignis purgatorius fabricari cœpit, ceu Scherzerus noster in Syst. Theol. p. 559. & in Anti-Bellar. p. 435. monuit) ac Sec. XVI. initia respicimus, haud abs recentes, illo tempore Balnea quoq; innotuisse, atq; divulgata fuisse.

§. 2. De loco verò, in quo Balnea Purgatoria inveniantur, magnum

gnum adhuc est dubium. Dum enim nec ipsi Pontificii Locum Purgatoriū indicare queunt, sed ejus causa in diversas rapiuntur partes, prout ipse Bellarminus, qui instar omnium est, Lib. II. cap. VI. de Purgatoriop. 409. fassus est, atque accuratissimus Lipsiensium Theologus, D. Joh. Ad. Scherzerus, in Fasciculo Differt. Theol. Differt. XII. quæ Purgatoriū exustum sīstit, p. 4 sq. fūsius notavit; Neque Balnea Animarum certum habent locum, sed modò hic, modò illic (& frustrà quidem) quæruntur. Quapropter nonnulli eorum in eam deveniunt sententiam, animas defunctorum illis in locis purgari, in quibus peccaverunt, atque propterea quoque interdum in loca aquis repleta & flumina detrudi. Satis probabiliter (hoc) colligitur, modo adducti Bellarmini l.c. verba adducimus, ex Gregorio libro quarto Dialogorum cap. 40. & cap. 55. qui refert animam Paschasi, & cuiusdam alterius, in Balneis quibusdam purgatas. Nēc non ex Epistola Petri Damiani de miraculis sui temporis, ubi describit visionem de purgatione anime Sancti Severini in quodam flumine. Statim verò monet Bellarminus, hanc assertionem universaliter non esse veram, nam Paschasi, scribens, peccaverat Roma in electione Pontificis, purgabatur autem in Thermis Putolanis, & sanctus Severinus peccaverat in Palatio Imperatoris, & purgabatur in flumine.

§. 3. Accuratiorem tamen eorum Balneorum, qvæ à vivis in solarium animarum, in Purgatorio vexatarum, exstructa fuere, notitiam dabunt Scriptores, à nobis jam commemorandi. Placet autem statim Exemplum Litterarum obligatoriarum Monasterij Glauchensis prope Halam, super Vigilia, Missis & Balneis, hic adducere, quo ex illo eō melius cognosci possit, quid Papato tempore Balnea fuerint. Exhibituit quidem istud meritissimum de Libris nostris Symbolicis Theolog9, D. Jo. Bened. Carpzoviu, in utilissimā suā Isagoge in Libros Symbolicos, p 798. sq. verum nec ingratam operam Lecturis præstitum iri arbitramur, si litteras hasce eo modo, quo primum conceptæ fuerunt, ex M. Martini Röberi Concionibus Jubilai tempore A. 1617. Hale habitis, (ad qvas & ipse D. Gothofr. Olearius in Halygraphia p. 188. provocat,) earumq; Appendice p. 108. sq. hic repetamus: Wir Margaretha Ebtischinne/ Ursula Priorinne/ Güttie Kelnerinne/ Gerdrit Underpriorinne/ unde dy ganze Sammenunge des Jumfruwen Klosters Scarte Jorgen zu Glouch vor Halle: Bekennen eynrechtilich vor uns unde alle Nachkominge/ mit dissem unserm ussen-Briffe/ unde thun fund allen dy en-
se=

schen hören adder lesen/ das uns dy vorsichtige vrouwe Margaretha Subachs/
 Peter Subachs seliger Gedechtenis Cliche vorlasene Wittenwe uns geant:
 wert unde ingegeben hat eynen Brief von dem Rade zu Halle/ der mit der
 Stad angehangen grossen Ingescil vorsegilt ist/ darinne sy nach lute desselbi-
 gen Briefes uns unde unserme Kloster gekoufft hat/ zehn Gulden an Golde
 Rinsche/ Jerliche Rente und Zinse uff dem Rathuse der vorgnanten Stad
 Halle/ dy sye vor zweyhundert gute Rinsche guldēn gekoufft unde wol bezalt
 hat/ mit sulchen unterscheid/ das wir unde alle unser Nachkommelinge sullen
 unde wollen alle Jahr Jerlich viermal in ißlichen Jahre zu ewigen Geziten
 bestellen unde halden Vigiligen unde Seelmessen/nemlich achte Tage nach aller
 quaterempir mit allen unsern Zumfrouwen uff unserm Kore am Suntage
 des Abendes mit gesungen Vigiligen, darnach an dem Montage nechstfolgen-
 de mit gesungen Seelmessen in Gedechtenisse unde zu troste allen Gloubigen
 Seelen von den sirliche Zinse komen sint/mith Namen Peter Subachs yres Man-
 nes/ Hans Subachs synes Vaters/ Sophien syner Mutter/ Hans Subachs
 synes Bruders/ Peter Zochs eres Vaters/ Almen ever Mutter/ unde nach der
 gnante Margareten Tode/ und allen den lyben Seelen/ die uff den benden ge-
 schlechten verstorben sint/ zu Troste Seligkeit unde ewiger Gedechtenisse/ darzu
 wir auch mit unsern grossen Glocken läuden sullen unde wollen/unde auch uff dem
 Predigstule unser Pfarrkirchen solche Gedechtenisse vor ißlicher Zit/ als oben
 berurt ist/ verkündigen lassen/von solchen Vigiligen unde Seelmessen sullen wir
 unde wollen/ achte Gulden teilen unter dy Sammenunge Jung und Alt uns-
 ers vorgnanten Klosters / unde wenne denne solche Vigiligen und Seelmis-
 sen gehalden sint/ desselbigen Tages sullen wir vorgnante Eptischinne unde alle
 uns Nachkommelingen/ unsern Badstöben/ jo zu ißlicher Zit den Zumfrou-
 wen heissen lassen/ darvor sol man alle Jahr den nünden Gulden geben/ in uns
 Eptige/vor Holz unde vor Lohn/ unde was man dazu bedarf. Darnach sol
 man den zenden Gulden an vier theilen unde jo eyn theil zu ißlicher Zit sal man
 geben umme Bier das dy Sammenunge under sich teilen sal nach dem Bade.
 Auch sullen wir unde wollen mit unsern Capellan bestellen/ das der vorgnanten
 Seelen uff den Predigstule in unser Pfarrkirchen zu ewigen Geziten gedacht
 werde/ und als das gewöhnlich ist in das Toden Register geschriben unde daruß
 gelesen werde. Das alle Stück und Artickel dieses Briefes steiff unde ganz/
 als oben berurt ist/ gehalten werden/ an allerley Innsprache unde summenisse. So
 haben wir vorgnante Eptischinne/unser Eptige Ingescil mit der Sammenunge

In-

Ge Engesegil mit unser aller volbort/willen/ unde wissen vor uns unde alle unse
 Nachkommelinge zur orfunde an disseis ussen Brüfe gehangen. Gegeben/nach
 Christi unsers Herrn Gebort verzehenhundert Jahr/darnach in dem vixigsten
 Jahrre. Am ersten Suntage in der Fasten/ als man singet in der heiligen Kir-
 chen: Invocavit. Nec Lipsie, quæ Hale vicina est, & pago Radewell, qui,
 ni memoria nos fallit, haud adeò procul à Lipsiā est dissitus, illa
 Balnea defuisse, ex prælaudati Carpovii Indice, in Isagogen confecto, col-
 ligi potest, collato L. Zacharie Schneideri Chronicis Lips. L. IV. p. 157. qui ita
 scribit: Damit sie desto eher (aus dem Fegefeuer) erlöset werden möchten/ha-
 ben sie Seelenopffer/ Seelenbäder und Allmosen zu stiftten angemahnet. Ean-
 dem superstitionem Freiberg & Hermundurorum quoque altas radices in
 animis hominum fixisse, D. Andreas Mollerus in Chron. Freiberg. P. I. Cap.
 XIX. p. 153. testatur, cuius verba hic apponimus. In alten rothen Städ-
 Buche: fol. 182. finde/ daß umbs Jahr Christi 1473. Anordnung geschehen/das
 Seelen-Bad für Schüler und arme Leute/ welches vorhin längst ge-
 stiftet/ in der Fischer- und Futter-Stube wechsel Weise zu halten. Zu
 vier dergleichen Seel-Baden hat Lucas Nisch A. 1487. 24. Gulden ver-
 testiret/ dafür hat zu jedem Bade ein Gäß Bier / und Brod umb zwey
 Gulden müssen geschafft werden/ so nach dem Bade unter die armen
 Leute ausgetheilet worden/ der Bader hat 1. Gulden/ sein Gesinde 3.
 Groschen bekommen. Idem Autor sumtus, in execviiis demortuorum
 A. 1503. & 1506. factos, commemorans, p. 146. sq. perspè horum Balneorum
 meminit: 30. Gulden für ein Seel-Bad / 10. Gulden zu Bier und Brodt
 bey zwey Seel-Baden zum Fernsiechen. 3. alte Schock für zwey Seel-
 Bade in der Stadt/ 1. Groschen 4. Pfennige die Seel-Bade in Kirchen zu ver-
 kündigen. 17. Groschen für ein Seel-Bad in den nechsten Spittal gehalten.
 27. Groschen für ein Seel-Bad zu zween Tische armer Leute zu speisen/ ist jeden
 ein Pfennig gegeben worden. Cygneæ qvatuor per annum vicibus ejus-
 modi Balneas fuisse apertas, fidem facit M. Tobias Schmidius in Chron.
 Cygnei Sect. II. Cap. II. p. 360. Im Jahr 1370. hat sich der Rath sub dato Sonna-
 abend nach Joh. Baptista verpflichtet/ jährlichen vier Seelen-Bad zu hal-
 ten/ darauff grosse Untosten gangen sind/ und ein greulicher Überglau-
 be ist. Sed neqve Meiningense ab hac superstitione immunes fuerunt,
 prout seqventia, quæ M. Jo. Sebastianus Guthe in Poligraphia Meiningensi
 p. 164. 180. 181. 185. narravit, luculenter satis confirmant: A. 1370. den 25.

Julii am St. Jacobs Tag stiftete ein Bürger allhier Günther von Roth/ vier Seelen-Bad jährlichen auf dem Dienstag vor den vier Gold-Fasten allhier zu halten / zu einem Seelen-Gericht ein / seiner Haussfrauen und Vor-Eltern. A. 1435 den 7. Aprilis, Freytags vor Palmen/ hat Barthold Tho-
mas/ ein hiesiger Bürger/ fünff Viertel Acker zwischen des Schuldheisen und den Pfarr-Ackern/ über den Hollunder-Stäuden gelegen/ Lautzen/ dem Was-
der/ und einem jeden Bader nach ihm / innen zu haben und zu besitzen gegeben/ davor sie alle Jahr auf dem Dienstag in der Char-Wochen ein Seelen-Bad
machen und halten sollen. A. 1440. den 15. Novembris hat Barthold
Thomas und Andres Kürst / neben dem vorigen noch ein Seelen-Bad in
der Char-Wochen / ein jeder noch zwey / auf alle Gold-Fasten auszuhalten/
gestiftet/ dafür ein jeder Bader jährlichen Genuss aus etlichen Art-Ackern em-
pfahen soll. A. 1469. den 20. Januarii gab E. E. Rath / Heinrich Stenn-
seckel / Bürger zu Meiningen / der Badstuben hinter der Pfarr-Kirchen da-
selbst/ einen Art-Acker hinter St. Martins Kirchen/ am Diebs-Wege ewiglich
inne zu haben und zu gebrauchen / dafür soll der damahlige Bader/ Herz / und
alle seine Nachkommen / so solche Stube nur haben werden / jährlichen zwey
Seelen-Bad / eines am Dienstag vor Palmen/ das ander am Donner-
stage im Pfingsten halten/ und allezeit darneben vor sechs alte Groschen
Brots den Leuten umb GOTtes Willen geben. Sed neque Lubeca
nostra dememinisse possumus. In hac enim, cum superstitionis-
mum esset seculum, plura exædificata fuisse Balnea, relatum legimus.
Dabimus eorum Exempla quædam, quæ, Argumentum scilicet hoc
nostrum mirè illustrantia, perbenevolè nobiscum communicavit,
atqve ex Cap. CII. Lubeca sive, quam prelo paratam habet, Religiose, von
Seelen-Baden/ excerpit Collega & Compater noster plurimum colen-
dus, & Templi primarii Pastor, Dn. M. Jac. à Melle, cui eo nomine exqui-
sitis verbis decentes persolvimus grates, Eundem publico nomine ro-
gantes, ut hanc, quam modò laudavimus, Lubecam religiosam propediem
in lucem publicam prodire patiatur, atq; sic porrò de Patriâ suâ benē
mereri studeat. Hoc verò ordine ea referre nobis est constitutum.

An. 1377. Hillegundis, relicta (sive vidua) Hinrici Berenstert, in Testa-
mento suo ait: Item communibus pauperibus, in plateis mendicantibus, do LX.
marcas, ipsis in calciis & vestibus, balneo, pane & cerevisia ministrandas.

An. 1388. Elisabeth, relicta Johannis Langhen, & filia Johannis de Ha-
chede

chede, in Testamento dicit: Item volo, quod Provisores mei XII, pauperes singulis secundis feris (alle Montage) ad integrum annum tenere debeant ad balneum, dando cuilibet post balneum unum album denarium.

An. 1385. voluit Arnoldus Sparesberch in Testamento: Item wil ic/ dat mine Vormündere schullen baden laten XII, arme Lüde/ een jarre vime/ alle Sonnauende.

An. 1413. præcipit Claves Dethert: Portmer so schal se (Metteke/ myne Husvrouwe) hoden gude nottrußtige Lüde to erer Taffelen ein Jar unme/ to etende alle Sundage/ vñ alle Mandage to badende/ vme Godes willen / unde vme Salicheit willen unser Seele.

An. 1415. jussit Lüdeke van der Heyde: Item der sulues (to Bergen) den menen armen Mynschen gheste ic/ Spende/ 2. Selebade/ to Salicheit yd myner Seelen.

An. 1452. ordinavit Detlevus Vincke/ Clericus Lubecensis: Item so wil ic/ dat myne Testamentarien na mynem dode XII, arme Lüde/ scholen baden laten/ unde geuen denne enem jeweliken 1. Pennyg in de Hand/ vppe dat se alle vnsen Heren God truweliken vor my bidden.

An. 1460. sancivit Otto Meyger: Item scholen ok myne Vormündere/ dat erste Jar na myneme Dode/ jewelkes Mantes ens/ XIII. arme Lüde/ de des Nod hebben / baden laten/ vñ na deme Bade desfüllen Armen in myn Hus nemen/ vñ gheuen en eren unde drynkem/ ene redelyke Matyld/ vñ na der Matyld eneme jewelkeine gheuen 2. pensynghe in de Hand/ myner Selen to Hulpe/ vñ to Troste/ aller myner Prunde Seelen/ vnde allen Kristen Selen.

An. 1462. mandavit Wedeghe Berckrincx: Item geue ic 4. Mark Geldes/ van mynen wyfsten vñ redesten Renten/ so Selebaden/ dar men medeschal alle Jar to deen Tyder/ sôstich arme Lüde laten baden/ vñ geuen vor ierwelken 2. Pennige in de Hand/ op dat se truwelken den leuen God vor myne vñ myner Oldern Sele bidden/ dat he vns gnez dich unde barmhertzich sy.

An. 1494. cum suprema sua ordinaret Ebelynkt/ sequentia insimul notari jussit: Ok wil ic/ dat men eyn Jar unme alle Weken late baden XIII, arme Lüde/ vñ darto geue elken Personen 1. Pennynkt/ vnde 1. Planke Bers/ vñ 2. Wegge.

An. 1514. Catharina Lassaens / Mater Conventus S. Michaëlis,
B 2 apud

apud S. Aegidium, suo & sororum nomine promittit, se de residuo legati Dn. Cecilia de Stiten quotannis velle celebrare Balneum animarum, vnde darna von deme averghenden/ allen Kristen Zelen tho Troste / vnsen Susteren en gheme Seelbath.

An. 1521. Dn. Tidemannus Berck/ Consul Lubecensis, haec in literas referri curavit: Oft wil ik / dat myne Testamentarien to hant na mynem Dode my nadon dre Selebade/ unde geuen elken armen Mynschen/ de dar badet/ twe Pennynges/ eyn Plancke Lüb. Bers/ vnde eyen Wegge/ vp dat se Godt vor myne Sele bidden.

THESES QUARTA,

Eum autem in finem ista Balnea instituebantur, ut animæ defunctorum benè lotæ à peccatis purgarentur, atque viventes eas irent adjutum liberatumque.

Ex Jecig.

S. I. VERba autem priora ad Balnea Purgatoria referenda esse, cuiilibet patere credimus. Ea ergo de hisce Balneis pronunciari possunt, quæ in genere de Purgatorio notata leguntur. In his siquidem animæ purgantur, quæ in hac vitâ haud plenariae non fuerunt purgatae, quo è melius in cœlum ingredi queant. Vid. Bellarminus L. I. Cap. 4. de Purgatorio p. 390. Franc. Coferus in Enchiridio Controvers. p. 418. sq. Petrus Wirtfeldt in Theol. Catech. L. V. p. 70. Quod verò extra Purgatorium in mari quodam animæ nonnunquam abluantur ac repurgentur, prout exemplum Balnearioris ex Gregorio supra adductum probat, rem totam falsitatis magis arguit, hinc videant ipsi Pontificii, quomodo haec benè prudenterq; inter se concilient, ne deliramentaloqui videantur. Forsan enim locum ordinarium, prout Th. 2. S. 1. notavimus, ab extraordinario discernendum esse, seriò graviterque contendent.

S. 2. Sed posteriora respiciunt Balnea, à vivis exstructa, quibus animabus auxiliatrices manus præbere faterunt. Hoc enim negotii sibi datum esse credunt Pontificii, quovis modo defunctis, in purgatorio dolores persentientibus, esse subveniendum, quo ab illis è citius liberentur. Hinc modo Mariæ merito illas liberari posse autumant, modo ipsarum causa varias in se suscipiunt molestias, modo

modò precibus atque eleemosynis eis succurrunt, atque sic finem malis è citius imponi posse sibi habent persuasum. Illustrari hæc possent fusiùs, ni brevitati jam nobis esset litandum. Dabimus ergo pauca tantum, & forsan lectu non injucunda. Sic *Marie lacte & Christi sanguine animas purgatorio insertas refici posse ac recreari, Imago quædam, quæ Brixia conspicitur, additis hisce versiculis, apud Maximil. Missionium in Itinerario, pag. 135. sq. luculenter satis probatum* ivit:

*Dum fluet è Christi benedicto vulnere sanguis,
Et dum virgineum lac pia Virgo premit.
Lac fluit & sanguis, sanguis conjungitur & lac
Ut sit fons vita, fons & origo boni.
Fit fons, ex cuius virtutibus atque valore
Nobis offensi tollitur ira Dei.
Fit fons, quem cernit cœlestis Spiritus inde
Exultans animo, gaudia mille trahit,
Fit fons, qui totum à peccatis abluit orbem,
Et quo mundatur commaculatus homo,
Fit fons, qui multum cunctos refrigerat illos,
Quos Orei purgans flamma stire facit.*

His deinde subnecti potest relatio illa, quam de Monialium pietate, qua permoti hominibus in purgatorio existentibus liberationem conciliare student, instituit Autor Alvarii, vulgo des Bienen-Borbs, p. 123. Über alle diese gutheilsame Hülff-Mittel haben die lieben andächtige Schwestern zu Leiden in Holland/ und in allen Regularischen Klöstern/ zu Trost den Fegfeuer Häringen noch etwas gefunden / das sehr artig ist. Denn zwischen Remigii und aller Heiligen Tag/ nachdem man die Vigilien von neuen Lectionen sehr andächtig hat gesungen / so geht ihre Frau Mutter in ein finster Kellerlein / mit einer Kuthen in der Hand / und da kommen die Schwesternlein / eine vor / die andere nach / mit dem Hindern bloß Haupts/ ja erliche auch wohl ganz Mutter nackend / und legen sich für sie / und empfangen die seelige Disciplin oder Büchtigung für die Fegfeuer Vickling. Denn als manchmahl sie zehn Streich empfangen/ so manche Seele

flieget knap in schnaps dem Himmel zu / wie die Kuh in ein Mäuseloch. Ist das nicht kostlich Ding mit Nonnen / &c. Multum autem eas juvari posse precibus viventium, communi ore affirmant Pontificii. Ita enim Bellarminus de Gemitu Columbae Lib. II. Cap. IX. p. 253. edit. Colon. 1628. scribit: *Anima illa, quæ in Purgatorio degunt, non parvam nobis adhuc viventibus super terram lacrymarum materiam præbent, ut merito consideratio Purgatorij dici possit lacrymarum fons uberrimus.* Et p. 278. ita, variis adductis rationibus, concludit: *Neceſſe eſt, ut columba affiduè gemat pro tam multis membris suis, quæ ad patriam cœlestem immenso ardore ſuſpirant, & ſimil in igne intolerabili detinentur, & pœnis acerbiſſimis cruciantur.* Idem inſinuat Franc. Coſterus in Enchiridio Controversiarum, qvod in Gratiam Sodalitatis Beatiss. Virg. Mariæ adoravit, p. 424. edit. Colon. 1586. precibus eleemosynas quoque & Missam adjungens: *Anime purgatoriis ignibus detentæ, à viventibus juvari poſſunt cum aliis pietatis officiis, tum maxime his tribus, oratione, eleemosynis, & ſacrificio.* Nemini ergo mirum eſſe debet, à vivis balnea animarum fuſſe apparata, atqve certam pecunię ſummam eis consecratam, qvo, ſi aliquando iſpis poſt excessum ex hac vitâ in Purgatorium eſſet mi- grandum, eò citius ex illo liberarentur. Observamus verò hīc, non nunquam omnibus promiscuè egenis confeſſum fuſſe balneo frui, noinunquam vero in testamento cautum fuſſe, ut XII. vel XIII. tantum pauperes ad illud admitterentur. Qvo ipſo forſan eos reſpe- xiſſe ad Chriſtum, ejusque Apoſtolas, dicendum eſſet.

THESES QVINTA.

*Dum autem illa in Scripturā ſacraminimē fundata ſunt, ſed
ē scriptis dubiæ admodum fidei probantur, atq; Purgatorio
inſerviunt, ad corradendos nummos inventa, non immerito
ea, reddita nunc Evangelica veritate, fuerunt deſtru-
cta, atq; ex noſtra exulant Ecclesia.*

^{"Ex Deo."}

S. I. **S**atis quidem audacter, ſed fruſtra planè, ſcribit Henricus Lanci- lottus, Auguſtinianus, in Heretico Quare per Catholicum Quia Colon. 1640 p. 345. Purgatoriū Architeſtūm efficientem eſſe Deum. Dum enim hoc nulla- tenus ē Scriptura ſacra Canonica probari potest, ſed traditione tan- tum

tum innitatur, ipsis Pontificiis haud dissentibus, (vid. idem *Lanci-*
lottus l.c.p.340. & *Jac. Gretserus* in *Controvers. Rob. Bellarmini T. 1. p. 162.*
cujus verba ita sonant: Verum est, ex solis, (scil. sacris literis) absque
traditionis ministerio, perspicue & sufficienter Purgatorium demonstrari non posse
pertinaci & protervo adversario. — Habemus deinde ingenuè hoc agno-
*scientem ipsum *Natal. Alexandrum*, quippe qui, cum secum perpende-
ret, non omnia dicta, quæ à fidei sua sociis pro afferenda hac doctri-
nâ communiter proferuntur, Purgatorii veritatem probare, in *Selectis*
Histor. Eccles. Capit. Sec. IV. P. III. p. 353. hanc formavit Conclusionem:
Purgatorium & preces pro defunctis, et si Scripturæ sacre loca omnia non invictè
probant, que à Theologis nostris Polemicis adducuntur, quedam tamen hoc fidei
dogma demonstrant. Et paulò post p. 392. alteram elicuit: Purgatorium esse,
in quo expientur iustorum anime, quibus post mortem eluciendum aliquid superest,
*& Ecclesiæ preces ipsis illo in statu prodeße, Traditione ab Apostolis ad nos deriva-
ta demonstratur. Hinc ad Traditionem & Locum ex II. Macc. XII. petitum,*
quem demonstrativum esse contra Heterodoxos, negantes Purgatorium, p. 374.
contendit, utroque oculo respiciens, p. 461. monet, Purgatorium ut
dogma fidei esse admittendum, hunc in modum terminos colligens:
*Quod enim Scriptura & Traditio, que due fidei regule sunt, disertè docent, pro-
poni debet, prædicari, ac propugnari cœu dogma fidei. Atqui Scriptura & Tra-
ditio diserte docent Purgatorium &c.: neque Animarum quoque Bal-
nea in eadem ulla invenire locum, dicendum est. Existimant qui-
dem Pontificiorum nonnulli, Davidem pf. LXV I. v. 12. conquerentem:*
*Intravimus in ignem & aquas, eduxisti tamen nos in letitiis tuis, ad Purgato-
rium, in quo aqua & ignis reperiuntur, digitum intendere, sed ipse*
Alexander l. c. p. 358. censet, eam interpretationem esse coactam, ac melius
ignis & aquæ nomine tribulationes vite presentis intelligendas esse. Addatur
D. Balth. Meisnerus in Opusculo sec. de Fictitio Papistarum Purgatorio p. 126. sqq.
Neque alter locus, ex Jobi XXIV. v. 19. desumtus, siccitas etiamque calor
rapient aquas nivis, vel, ut Vulgatus habet, à nimio calore transiunt ad aquas
nivium, ad quem Bellarminus de Gemitu Columbae p. 266. pariter respicit,
eos quicquam juvat. Is enim, prout laudatus Meisnerus l. c. p. 117. notat,
hoc vult, peccatores citò perire, sicut aquæ nivales à calore solis &
siccitate citò absiuntur, non verò probat, in purgatorio dari &
ignem & aquam, animasque ex igne ferventissimo projici in aquam.
*geli-**

gelidissimum, & contra. Quapropter tutius asseritur, fabulis magis hæcce *Balnea* adscribenda esse, quam quod è Scripturis arcessantur eorū probationes. *Ineptissime enim fabulae* sunt, ut D. *Balth. Menzer.* in *Opp.* *Lat.* *T. II.* p. 1791, adversus *Pistorium* disputans, judicat, de *purgatorio patriciis* in *Hyberniā*, de *anilibus* *figmentis* *mirabilium visionum*: de *liberatione Trajani* ex *inferno* per *Gregorium*: de *lancibus Damasceni* in *suppositiā oratione pro defun-* *ctis*: de *cranio mortui hominis* loquente: de *animā in glacie purgationem susci-* *nente*, (in *Lombardicā aureā legenda*) itemque *avibus* (*animabus*) in *procellis flu-* *vii* *sibinde immersendo* & *emergendo*, pœnam patientibus, aliis in *thermis*, *stil-* *licidiis*, *pluviis*, *vagis discursionibus* &c. *exercitis*, & *similibus plusquam poëticis* *nugis*, *quarum pudere merito debet cordatos Papistas*. Etsi tam clare è *Scripturā probari possint Balnea*, qua, quoſo, ratione ipſe *Peltanus* c. 6. de *Purgatorio* pag. 239. apud *Meisnerum* l. c. pag. 1262. in *dubio* *relinquit medium purgandi*, ſive ſit *ignis*, ſcribens, ſive *aqua*, ſive aliud *quodcunque elementum*, aut *ex elementis concretum*. *Scriptura enim sacra* *perfectè nobis tradit*, quæ *creditu nobis sunt necessaria*, ne fluctuare *incipiamus*, vel *fides*, quæ *firma esse debet*, *dubia reddatur*. *Dum ergo* in *sacris literis* *nullum vestigium ejus rei extat*, neque nos eo adduci *possimus*, ut illa *Balnea* *admittamus*. Extra *Scripturam* enim sapere *velle*, est *desipere*. Sed forsan *universalis consensus omnium gentium* arridet magis *Bellarmino lib. 1. de Purgat. C. II.* (in quem eo nomine *rectè animadvertisit celebratissimus noster D. Nicol. Hunnius*, in *aureo libello de Apostasia Romana Ecclesie*, p. 274.) quam ipsius *Scripturæ au-* *toritas*?

§. 2. Quo autem in pretio *Gregorij Dialogi*, quibus sententiæ ſuæ *patrocinium querunt Papicole*, haberi ſoleant, Eruditos minimè latere *credimus*. Multa enim in iis occurunt, quæ neq; ſtylo, neq; *Doctrinæ*, neque *autoritati hujus Viri*, ex aſſe congruunt, ut adeò rectius illi *rejiſcantur*, quam *admittantur*, prout à *Scriptoribus fusiū* est deduc-*tum*. Videantur *Chemnitius* in *Exam. Concil. Trident.* p. 549. a. *Meisnerus* in *Opusculo de Purgatorio* p. 729. ſqq. valdè prolixè hosce *Dialogos exami-* *nans*, *Jo. Gerhardus* in *Patrologia* p. 476. ſq. *Robertus Cocus* in *Censura quorun-* *dam Scriptorum* p. 413. *Gerh. Job. Vossius de Historicis Latinis* p. 258. *Guil. Cave* in *Scriptor. Eccles. Histor. Literaria* p. 431. aliquie. Coeterum plura adhuc in *Gregorij* hujus *Magni scriptis* deprehendi, quæ *Papatui opponi* *poſſunt*,

possunt, fusiū notavit Jo. Henr. Heideggerus in *Historia Papatus* p. 34. sqq. & in *Historia Babylonis Magnae Tom. I.* pag. 347. sq. Ex dubiæ autem autoritatis scriptis nihil certi hauriri probarique posse, nemini ignotum esse credimus. Imo ponamus hoc, & demus adversariis, *Gregorium Magnum* hosce Dialogos adornâsse, is tamen ea, quæ de *Balneatore* retulit, non ipse vel vidit vel audivit, sed ab aliis narrata credidit, & nimis temeraria credulitate Ecclesie obtrusit, prout *Chemnitius* noster incomparabilis in *Exam. Concil. Trident.* p. 549. a. loquitur. Hisce autem narrationibus, silente Scripturâ sacrâ, fidem habendam esse, ad ravim usque negamus. Ante verò quam *Gregorii Magni Dialogos* (de quibus videri insimul potest *D. Martinus Geierius* in *Dissert. de Precibus pro Defunctis*, Lips. 1658. Cap. III. §. 31. vel in *Opusculis* p. 480. (penitus missos faciamus, lubet adhuc *Lutherum nostrum* audire, qui *I. V. Opp. Altenb.* f. 299. de iis ingenuè satis sententiam suam pronunciavit: Sie haben Sanct Gregorium in seinem Dialogo, welcher fast der erst und mächtigst ist / der das Fege-Feuer und die Opffer-Messen auffbracht und angericht hat/ derselbig zeigt an viel Exempel von den Geistern so erschienen sind/welchen er als ein gut from einsfältig Mann glaubet/ darzu auch den fliegenden Eichtern und Irrwischen geglaubt hat/ als wahren Seelen/ welche doch die Heyden vor Zeiten nicht für Seelen gehalten/ und nun offenbar ist/ daß Teuffel sind. Und des Dinges sezt er viel der gute Mann/ und glaubt alles/ohne Schrifft und Zeugniß Gottes/ und das ist fast der stärkste und einiger Grund des ganzen Fegefeuers/ den hat alle Welt gefolget/ und ist also eingerissen/ daß schier kein Gottesdienst/ kein gut Werck auff Erden ist blieben/ es hat ins Fegefeuer gemust/ und denen Seelen helfen/ und ist/ meines erachtens/ kein reicher Lügen auf Erden kommen/ denn das Fegefeuer/ bis daß sie mit dem Ablass sich selbst verrathen/ und zu Boden gestossen haben.

S. 3. In *Purgatorii* deinde gratiam *Balnea* inventa fuisse, perbelile monuit sèpius adductus *Chemnirius* l. c. p. 525. a. cuius verba hic quoq; legi merentur: *Principia Axiomata doctrine Papistica, ut de Meritis, de satisfactionibus, de perfectionibus, & de propria justitia coram Deo: Item totus ferme cultus in templis ipsorum, ut vigilie, missæ pro defunctis, anniversaria, oblationes pro mortuis, peregrinationes, ANIMARUM BALNEA, indulgentia, opera supererogationis, fraternitates, memoria, exequiae, suffragia, aqua lustralis, dedicationes cæmitiorum, & similia aucupia, purgatorio tanquam suo fundamento ita incumbunt, ut hoc destructo omnia ista à fundamento simul evertantur.* Inter omnes autem constat, *Purgatorium* jam dudum fuisse exustum, atque à Protestantibus extinctum, prout Clarissimorum Virorum scripta,

quæ longa serie adducit Venerabilis Theologus, haud ita pridem non sine detimento Ecclesiarum Saxoniarum è vivis sublatus, D. Sam. Benedictus Carpzovius, in *Examine Novæ Praxeos Jac. Masonii*, p. iii. sq. evicerunt, quibus addi possunt Job. Gisenii Papismi P. 2. *Dissert. XXII.* p. 371 sqq. *Justi Gesenij Dissertatio de Igne Purgatorio*, quæ in *Acad. Helmstad.* A. 1643. sub *Præsidio D. Georgij Calixti* prodiit, ac A. 1650. additis Vindiciis denuo lucem publicam vidiit, collatis Herm. Conringij in *Job. Mülmannum de Purgatorio Animadversionibus*, *Helmstadii* 1651. editis, D. Pauli Röberi *Dissertatione de Carceribus Papistarum subterraneis*, in *Acad. Witteb.* 1628. defensa, & Balduini & Scherzeri *Dissertationibus*, supra adductis. In hisce enim libellis ex professo omnia examinata sunt argumenta, quæ pro probando *purgatorio* communiter solent afferri, ut non immerito dicendum sit, Pontificios, eandem sententiam adhuc hodiè tenentes, cramben vel centies coctam apponere. Exusto autem *Purgatorio* nihil plane caloris *Animarum Balneis* inesse, rectè judicamus.

§. 4. Nummorum verò corradiendorum causa hæc adaperta fuisse, ecquis, arcana Regni Pontificii accurate secum perpendens, quæso, dubitaret. *De Missis enim, de Sanctorum patrocinis, opitulationibus, miraculis, votis, peregrinationibus, indulgentiis, & similibus Pontificiorum articulis, templo & monasteriis non solum multo auro ac argento, sed etiam amplissimis fundis, exornatae & ditatae sunt*. Scilicet graviter illud commune verbum obseruantur isti quaestuarij:

Ubi sine labore res geri puleb' potest,

Ad suum quemque equum est quaestum esse callidum.

Nam in omniserie Pontificie Ecclesia cultu parum laboris, multum splendoris, plurimum quaestus est, verba sunt *Jac. Reibingij*, ingenuè satis veritatem pronunciantis, in *Oratione*, quam, cum Pontificiorum cœtum deferuerisset, in *Acad. Tubingeni* A. 1621, habuit, de *Laqueis Pontificis contritis*, p. 16. Diccam quidem sibi hoc ipso scribi, magnamque inferri injuriam, conqueruntur *Pontificij*, verum protestatio hæc ipsi facto est contraria. Nam oblationes pro animabus in *Balneis Purgatorii* detentis non posse sunt non *Culintam Romanam* locupletare. Et nonne *Balnea Animarum*, à moribundis condita, inserviunt sacrificulis, aliisque pauperibus? Hoc ipsum ergo nec *Salmero* diffiteri potuit, quin (alleg. *Gerhardo in Conf. Catol. Lib. II. P. II. Art. IX. p. 482.*) amplificationem *cultus Dei ex legatis*, que pro Ecclesiæ Sacellis instituantur, inter salutares Purgatorii fines & effectus referret. Perturpe verò esse, tantum ob pecuniaë studium, aliquid configere, atque Christi Ecclesiæ obtrudere, eoque homines plebejos decipere, & argento emungere, nec cordatiiores inter Pontificios negaturos esse arbitramur.

§. 5. Quamobrem sibi bene consuluit Ecclesia Lutherano-Evangelica,

quod hisce *Balneis* nuncium miserit. Ea enim Scripturæ deſtituuntur autoritate, Christi merito & ſatisfactioni adverſantur, atque moribundis terrori magis ſunt, quam ſolatio. Negari equidem haud potest, iſum Lutherum primum *Purgatorii* quoq; admifſe vanitatem, verum meliora poſteā edoctus, non immerito rejecit eandem, aliisque au-ctor extitit, ut, miſis hisce nugis, puriorem doctrinam conſtanter amplectentur. Ejus rei ergo ſequentia hīc adduci merentur, quæ meritiſſimus hic *Theander* in *Art. Smalcald.* Sec. Part. *Art. II.* p. 307. in rem noſtram ſcripsit: *Draconis cauda iſta, (Miffam intelligo,) peperit multiplies abominationes & idololatrias.* Primo *Purgatorium.* Miffis enim pro aniz mabus, item Vigiliis, septimis, & tricesimis anniversariis exequiis, poſtremo vulgari septimana, & omnium animarum die, **BALNEIS**, & que hiſ affinia ſunt, innumeris alio Phantasiis irruerunt in *Purgatorium*. Men-tem ergo ſuam hiſ ipſis quam optimè explicuit, ut fruſtra illi fa- cere nobis videantur, qui ei propterea ſuccenſent, quod ſententiam ſuam immutaverit. Conferantur ſæpius laudatus *Meiſnerus* in ex- quisito *Opuſculo de Purgatorio*, p. 61. ſqq. & *Hermannus Conringius* de *Pur-gatorio* p. 6. Plura autem iſe Lutherus ſuggeret in ſcripto Germanico, quod vocatur: *Widerruff Doſt. Martin Luthers vom Gegfeuer/ T. V.* Opp. Altenb. p. 291. Et hanc doctrinam ſemel nunc receptam non e-vertunt ea, quæ in *Apologia Aug. Confessionis Art. XII.* p. 274. leguntur: *Scimus, veteres loqui de oblatione pro mortuis, quam nos non prohibemus.* Ea enim verba non volunt ejusmodi oblationem pro defunctis, quæ ex loco tormentorum liberentur, ſed pia tantum intelligent *Vota*, qui- bus defunctis, de quorū ſalute aeternā benē ſperamus, requiem ap- preciamur, *Leg. Gerhard.* in *Conf. Cathol. I. II. Part. II. Art. IX.* p. 485. & *D. Joh. Müllerus* in *Defenſione Lutberi Defenſe* p. 62. Amicē ergo *Praxis noſtræ Ec- clesiæ cum ejus Doctrinâ*, in *Libris Symbolicis* tradita, conſpirat.

§. 6. Quamvis autem noſtris Ecclesiæ, a corruptilis Pontificiorum ministerio *D. Lut- thers* per purgationem, *Balneis* hac superfluitate exulent, in Pontificiorum tamen Ecclesiæ ea adhuc obtinere, pernotum eſt. Hac enim intereffe iſi formorū, ut ſic loqui liceat, fovet atque ſuſtentat, ne erubenda defectus pati, vel culina trigere habeat necesse. Meritò ergo huc applicari poſſunt, quæ optimus Lutherus I. c. p. 301. de *Vigiliis* jodicavit: *Das Gold iſt der rechten Vigilien Gott;* um des willen hält man ſie; man ſehe ſie ſonſt nicht an. *Das ſehen wir für Augen;* daß kein Vigilien ohne Geld gehalten wird; und iſt ja allen ſonderlichen Zins geſtift; und ſie verkaufen ſie auch warlich unverſchämpt; wie eine andere Wahrheit, daß es nicht muß gekauft heissen; und du ſoltest wol ſehen, wo das Geld wendet; ob da nicht auch bald ſolten die Vigilien u. Seelenmessen werden. *Dicu;* Pauperibus tamea bene hiſce *Balneis* foſſe factum, quippe qui cibo & potu fuerunt recreati. Sed respondemus, illa pietatis officia quidem laudem mereri, verum dum ea varia fuerunt ſuperſlitione polluta, omnia plane laudem proſrus amittere. Nonne alio modo rebus Pauperum consuli potest? Non enim facienda ſunt mala ac ſuperbitioſa, ut inde eveniant bona, Rom. III. 8.

X3362653

THESSIS SEXTA.

V.D. Annui tamen ac residui prouentus, quos Balnea Animarum suppeditant,
in Ecclesia Lutherano-Evangelica piis pauperibus sunt reddendi.
18

"En Deo,

§. 1. NE falcem in alienam messem mittere, aut extra orbitam vagari videamur, nollemus jam de Testamentis ad pias causas agere, illud Argumentum (quod in Acad. Regiomontana A. 1705. duabus Dissertationibus sub Praesidio D. Zachariae Hessi P. P. fuit discussum) Ictorum relinquentes Disquisitioni. Hoc tamen dissimilare nobis integrum haud est, rectò ac laudabiliter eos facere, qui, missi & abrogatis superstitionis Balneis, ea tantum retinent & exequuntur, quæ salvâ pietate servari possunt. Hinc annuos reditus in privatos usus convertere haud deceat, ne gravissimam Divini Numinis iram in se derivent malitiosi ejusmodi Bonorum Ecclesiasticorum Dispensatores, (*) sed egenis, qui nimia paupertate oppresi horum beneficiorum indigent, isti sunt porrigiendi. Hac enim ratione voluntati Testatorum sit satis, licet à pauperibus preces defunctorum causa ad Dñm non mittantur, cum illis nullum emolumenatum afferre queant. Breviter & rotuadè hæc complexus est D. Leonhardus Rechthabachius, in Dissertatione Doctorali, in Academ. Lipsiensi Anno 1614. de Bonis Ecclesiasticis, lib. 186. ita scribens: Pro defunctis oblationes fieri debere, atq. hæc illis quicquam professè, ex Scripturis caussa proferri potest nulla; cum hic sit tempus gratia, quod morte postmodum clauditur; illuc expetandum judicium, quod si quis hic credendo vitam non est consecutus, illuc nullus superstitionis votis subterfugiet. Et velut beati in cælis hoc subtiliorum generi non ercent; sic damnati in inferno juvarâ eodem haud queunt; aliud autem genus, nec beatorum, nec damnatorum, sed purgandarum animarum post hanc vitam non superest. Et lib. 244. hac monens: Abrogatis abusibus, idolomania, & heresiibus, in Papatu, atq. alibi redditibus sacris frumentibus, Ecclesiastica Bona, secundum normam Verbi Divini, & Canones Conciliorum primativa Ecclesia, & doctrinae sincerioris propagationem, ministerij sacrosanctæ conservationem, scholarum illustrium institutionem, & personarum miserabilium sustentationem, transferuntur; Quo modo ab alienata prius non ritè, in integrum restitutæ estiruntur, & DEO dicata semel in oratione debitum rediguntur. Monendi autem sunt illi, qui hisce beneficiis recreantur, ut vota pro viventibus, pro salute scilicet Ecclesiæ, Reipublicæ, omniumq; piorum & afflictorum, DEO nuncupent, & Vitam Evangelio condignam per omnem ætatem ducant.

§. 2. Ceterum Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus ex mortuis, & princeps Regum terra, ac dilexit nos, & lavavit nos à peccatis nostris, per nomen suum, Apoc. 1. 5. atque Lavacrum regenerationis & Renovationis Spir. S. ad salutem eternam instituit, devotis, imò corde persolvimus gratias, quod ab his superstitionis Balneis Ecclesiam suam liberaverit, &, depulsis errorum tenebris, ad clariorem veritatem lucem denudò perduxerit, in spiritu & veritate eum precantes, ut animabos nostris Verbo & Sacramentis solatia porrigit efficacissima, quo, in his terris sive bene purgatae, ad æternam tandem gaudia aspirare queant felicissime.

Reverto yero;

(*) Spectat huc libellus non inutilis, varia Doctorum complectens Monita circa Bonæ Ecclesiastica, quem Michael Freudius, Rostochij 1601. tertium edi jussit: Christliche Treuerhertige und nöthige Warnung sich vor aller Alienation, Profanation und schändlichen Missbrauch der geistlichen Gott geheiligen Güter freudlich zuhalten.

¶ (o) ¶

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Farbkarte #13

Cyan

Blue



422.19.

29.

II i
1402

GEORGI HENRICI GOETZI, I
Superint. Lubecensis,

De

BALNEIS ANIMARUM,

Vulgò

Seelen = Bådern /

Ecloga Anti - Pontifícia,

Qvam

COLLOQUIUM ORDINARIUM

Ad D. XXV. Novembr. A. MDCCVII.

SUBITURI

Propugnabunt,

JOHANNES PETRUS
&
BERNHARDUS HENRICUS

Lubecenses.



LUBECAE, Typis Vidua B. Schmalhertzii.

